

coram Sacro Cardinalium Collegio, pluribus Episcopis, Romanæ Aulæ Præfulibus, Viris nobiles, Græcis Romæ versantibus hominibus, & aliis, qui ad lætæ actionis spectaculum frequentissimi convenerant, publice exceperat. Tum vero primum sub CLEMENTE XI. factum est, ut Græcorum Patriarcha a Romano Pontifice Pallio donaretur, quod antea actis temporibus nunquam contigisse, memoriæ proditum est. Alexandrini exemplo, Antiochenus quoque Græcorum, quos Melchitas appellamus, Patriarcha Cyrillus, vetus & ipse quod incautus tenuerat, exosus schisma, suos ad CLEMENTEM Legatos misit, idque ipsum a Sede Apostolica obtinuit, quod summa cum celebritate a Samuele pridem gestum fuerat; cavuit tamen prudentissimus Pontifex, nequid detrimenti ex Cyrilli confirmatione caperet Athanasius Græcorum Berhoæ in Syria Archiepiscopus; tum quia is Patriarchalem Dignitatem Cy-